



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

XX. De donatione ob turpem causam, quousque valida.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

Non leuis est controuersia, an mulier nupta donare mortis causa possit absque viri consensu, posito quod legibus regis statutum sit ne absque viri consensu contractus celebrare valeat, vti statuitur in legibus Castellae 54. & 55. Tauri quae hodie sunt lex 1. & 2. tit. 3. lib. 5. noue compiat. Et eadem questio est, si lege municipali cautetur, ne contrahere possit absque duorum consanguineorum consensu? Affirmant posse Ludouic. Roman. ad leg. 2. ff. de legatis. 1. & ibidem Ruin. n. 43. Andreas Fachineus lib. 5. controuers. cap. 60. Matienzo lib. 5. compilat. rit. 10 leg. 7. Gloss. 2. num. 33. & alij plures relati a Tiraquello post leges conuiales Gloss. 3. num. 18. aut Gloss. 5. n. 74. Ducuntur, quia absque viri consensu mulier in regno Castellae testari potest, vt ex praxi recepta testatur Anton. Gomez. leg. 3. Tauri. num. 15. Gutierrez. de iur. om. 1. p. cap. 13. n. 4. Et donatio causa mortis potius naturam vltimae voluntatis quam contractus inter viuos imitatur. leg. fin. Cod. de Donacionib. causa mort. ibi omnes effectus sortitur quos vltimae habent libertates, neque ex quacunque parte abhinc esse intelligitur. Ergo quamuis contractus inter viuos ei sint interdicti, cum tamen permilla sit testamenti factio, & vltimae voluntatis dispositio, conueniens est vt donatio causa mortis permilla censetur. Secundo haec probatio contrahendi absque viri consensu derogat naturae libertati, qua quilibet independenter ab alterius voluntate contractus celebrare potest. Ergo restringi debet ad contractus per se sumptos & inter viuos, non ad vltimas voluntates. Tertio finis & causa ob quam mulieri interdicitur absque consensu viri contrahere, quae est ne ob eius fragilitatem, & ingenij debilitatem decipiatur, & ledatur non procedit in donatione causa mortis, cum hanc pro libito reuocare possit, cum tamen contractus inter viuos reuocare nequeat. Quarto cui est permillum facere testamentum mortis leg. cum hic status. §. si miles ff. de Donat. inter virum & uxorem. Sed quod iure ipso permillum est expressis verbis derogari debet vt reuocatum censetur. At donatio causa mortis non inuenitur expresse derogata, sed solum sub verbis generalibus conuenditur, quae de contractibus praesice sumptis intelligi possunt, & non de donatione causa mortis. Ergo donatio causa mortis censenda est mulieri permilla.

Nihilominus est haec sententia valde probabilis sit, probabilior enim existimo non posse mulierem absque consensu viri in regno Castellae, & absque consensu propinquorum, vbi viget praefarum statutum, ne absque eorum consensu contractus, aut quasi contractus celebretur donationem causa mortis praestare. Sicuti docuerunt Alexand. ad leg. 2. col. ult. delegat. 1. & ibi Ripa numer. 10. Socinus n. 7. Anton. Gomez. 2. de donacionib. cap. 4. n. 16. vers. quarto infero. Gregor. Lopez. leg. fin. Gloss. ult. tit. 4. part. 5. Couarrua. Rub. de testam. 3. p. n. 12. Gutierrez. de iuram. 1. p. cap. 13. n. 9. Ducor quia esto donatio causa mortis potius legatis assimilatur quam contractibus quoad effectus attamen quoad eius creationem, & productionem potius contractus naturam imitatur, cum indigeat acceptatione donatarij, & in ipsum transferat ius, & dominium rei donatae ante donantis mortem. Ergo potius sub prohibitione contrahendi, quam sub concessione testandi comprehenditur. Maxime cum haec prohibitio in fauorem mulieris inducta sit, vt eius imbecilli ingenio consulatur, neque sit prohibitio absoluta contrahendi, aut donandi causa mortis, sed absque dicta solemnitate qua posita donatio causa mortis, & quilibet alius contractus permittitur.

Ex his facile argumenta contraria dissolues. Ad primum constat ex probatione nostrae sententiae. Ad secundum nego derogare libertati naturae, sed illam iurare, vt absque periculo deceptionis procedat. Non enim interdicitur contractus, & donatio, sed cauetur solemnitas apponenda; vti cum praescribuntur plures testes in testamento quam in contractibus, non obinde censendum est testamentum interdici, sed potius censendum esse permitti ea solemnitate apposita. Ad tertium nego non procedere in donatione causa mortis finem ob quem mulieri interdicitur contrahere absque viri consensu: nam esto reuocare eam donationem possit inde solum inferre deceptionis facilius occurrere posse, non tamen quod de facto mulier non decipiatur. Ad quartum concedo cui est permilla testamenti factio permillam esse donationem causa mortis, sed non sub eisdem circumstantiis, sed diuersis ab ipsa donatione requisitis ob similitudinem quam habet cum contractibus.

PUNCTVM XIX.

An vsurarius manifestus donare causa mortis possit?

- 1. Donare posse affirmant plures.
- 2. Verius est quamlibet donationem causa mortis sicuti & testamenti consuetudinem vsurario interdici.

Tandem de vsurario manifesto controuertunt Doctores, an donare mortis causa possit, siquidem testamentum conscribere prohibetur ante cautionem praestitam de restituendis

vsutis, cap. quamquam de vsuris lib. 6. Affirmant donare posse Bald. in leg. executorum. numer. 11. Cod. de executione rei iudicatae & in cons. 298. l. 2. Castrens. cons. 60. l. 1. Immo in leg. tam is ff. de Donacionib. causa mortis. Decius. cons. 196. Probatur in dicto cap. quamquam. num. 15. Couarrua. Rub. de testam. 3. p. num. 13. Ducuntur quia donatio causa mortis quoad sui productionem potius est contractus quam testamentum. At solum vsurario prohibetur d. cap. quamquam. Deinde haec prohibitio restandi odiosa est, ergo non debet extendi ad donationem causa mortis, quae proprie testamentum non est.

Sed in hac re pro certo statuendum est donationem omnium vel maioris partis bonorum, causa mortis ab vsurario factam sustinendam non esse absque praemissa cautione de viuis restituendis, quia manifeste conuenit ob fraudem legis esse factam, vt bene Couarrua. dicto num. 13. Idem est de donatione in testamento vel codicillo infecta, quam donatarius non acceptat, quia ea donatio legatariaturum sortitur, quod annullato testamento nullum redditur, vt ipsemet Couarrua, notat. De donatione vero minoris partis bonorum est praefata sententia probabilis videtur, longe probabilior enim existimo quamlibet donationem causa mortis vsuratio manifeste interdici. Vt docuit Glossa communitate recepta in dicto cap. quamquam. Bald. cons. 294. lib. 2. Lopus. allegat. 125. Laurentius Rodolphus. de vsuris. qua. 100. Ioan. de Anania. cap. quia in omnibus. de vsur. col. 16. Philipp. Francus ad Rub. de testam. lib. 6. num. 34. Socin. ad leg. 2. num. 6. ff. de legat. 1. & ibi Ripa. num. 7. quos refert, & sequitur Andreas Fachineus. lib. 5. controuers. cap. 62. Molin. tract. 2. disp. 137. post med. & disp. 288. in fine. Fundamentum delimitur ex regula Glossae in leg. tam is ff. de mortis causa donacionib. vbi prohibita testamenti factio prohibetur mortis causa donatio, a qua regula solus filiusfamilis excipitur. Deinde quia in dicto cap. quamquam, expresse prohibuitur est vsurarius manifestus, ne absque praemissa satisfactione vsurarium mandare in vltima voluntate possint: at donatio causa mortis vltima voluntas censetur esse. Praeterea vsurarius manifestus nequit legata relinquere, cum nequeat testamentum conficere. leg. 2. ff. de legatis. ergo neque donare causa mortis, cum donatio causa mortis quasi quoddam legatum reputetur leg. illud ff. de donat. causa mort. ex his solum est opposita sententia fundamentum.

PUNCTVM XX.

De donatione ob turpem causam quouisque valida sit.

Superius diximus ex probabiliori sententia validam esse donationem ob turpem causam, tamen legibus puniendam, neque accipientes obligatos esse restituere ante sententiam. Dubium tamen est, an id procedat in Coniugatis, Clericis, & Religiosis.

§. I.

Qualiter coniugati bona communia in turpes vius valide possint expendere?

- 1. Coniugatus penes quem non est bonorum administratio nullam donationem facere potest nisi ex consensu expresso, vel tacito alterius coniugis.
- 2. Coniux cui competit bonorum administratio esse paralis iudis, & consuetudinationibus insumat non est obligatus in partem computare ex plurium sententia.
- 3. Aliis placet nihil donare absque alterius consensu posse.
- 4. Coniux at Azucedo praefatas sententias, sed non vult.
- 5. Resoluitur donationes quae habuerint causam legitimam posse praestari, secus excessiuas, vel iniustas.
- 6. Non potest maritus ex bonis superlucrativis absque uxoris consensu maioratum instituire.
- 7. Item nequit sibi habere in magna quantitate.
- 8. Insumpta vane deducenda sunt in partitionem.
- 9. Solummodo fundamenta opposta.

Ex his quae praecedenti disput. diximus satis constat coniugem penes quem non est bonorum administratio non posse altero inconsulto vllam donationem facere, praeter eas quae eisdem conditionis coniuges praestare solent, quia ex censetur ex debito alterius consensu fieri: si vero aliquid amplius insumat maxime in turpem causam inique absumit, & cum obligatione accipiendi in suam portionem cum bona fuerint diuisa, nulli foret ita modicum sit & leue, vt merito in considerationem non veniat, neque soleat in partitionem adduci, vti non solum donationes leuis momenti, etiam turpes, quibus res familiaris non magno perire dimittitur. Vt bene aduertit Molina tract. 2. disput. 27. post init.

Difficultas autem est, An coniux cui plene bonorum administratio competit, vti est maritus in Castellae si donationes excessiuas suis amicis & consanguineis faciat, quibus substantia fami-

latis notabiliter diminuitur, vel si in ludis comestationibus, & luxuriis bona communia infamar tenentur ea in partem quae luxuriam contingit computare, & vxori vel eius haeredibus dimidiam iuxta leges Castellae restituere: Qua in re negat Roderic. Sual. leg. 1. tit. de las ganancias. lib. 3. fori quem sequitur Anr. Com. leg. 53. Tauri n. 73. vers. sex quibus infero. Gregor. Lopez leg. 13. vers. ganancias. tit. 10. par. 5. Burgos de Paz. q. civilis 8. n. 13. cap. 19. Baeca. de decima rutor. cap. 2. 7. n. 28. Gutierr. pract. lib. 2. q. 121. in fine. Marien leg. 5. tit. 9. lib. 5. compilat. Gloss. 6. n. 4. Azucedo. lib. 1. n. 19. asserunt spectato stylo & consuetudine recepta non esse obligatum maritum hac turpiter & prodige infumpta in partem sibi competentem computare, neque vxoris haeredes aduersus ipsum agere posse, cum non possint probare animo defraudandi vxorem inuampita esse, sed potius suae voluptati & libidini satisfaciendi, quia lex Castellae. 1. tit. 9. lib. 5. noua collect. marito permittit quamlibet bonorum alienationem, dummodo probatum non fuerit in fraudem vxoris factam esse.

Ex qua doctrina à fortiori inferitur posse maritum dum ei non fuerit interdictum bona superlucrata siue contractu oneroso, siue lucratiuo alienare, quia in dicta lege non restringitur ad contractus onerosi alienationem. Neque inde vxori praediatur, quia supponimus bona dotalia, & quae vxori sunt propria salua persisterent, superlucrata vero vxori non competunt, nisi quatenus dissoluto matrimonio superfuerint, interim tamen penes maritum esse libera eorum alienatio, dummodo non probetur in fraudem vxoris fieri. Vt pluribus comprobatur Baeca. Gomez. dicta leg. 53. num. 75. vers. pulchrum. Baeca de decima rutor. capite 27. numer. 38. Ayora. tract. de partitionibus. 2. par. quae est. 41. num. 46.

Eccontra verò Bald. conf. 23. lib. 2. Palacios Rubios de donat. in Rub. §. 66. n. 29. Simanc. de instr. Carholie. tit. 9. n. 89. Pelaez. de maioratib. 1. p. q. 23. n. 14. Dida. Perez. leg. fin. tit. 4. Gloss. pue. da lib. 5. ordinam. Rojas de successib. ab intestato. c. 33. n. 25. Tellez Fernand. leg. 19. Tauri n. 2. Marien. d. leg. 5. tit. 9. Gloss. 6. n. 6. Auendano. respon. 20. n. 8. limit. 3. sic mariti potestatem restringunt, vt nullatenus absque consensu vxoris donare possint, quia marito sola libera potestas administrandi concessa est, sub qua generali potestate non venit facultas donandi. leg. creditor. §. Lucius. ff. mandati. et leg. 1. §. 1. ff. de officio proconsul. Caeser. Nam donatio non est proprie rei administratio, sed perditio. Vt dicitur in leg. filiusfamilias. ff. de donationib. leg. contra iuris. §. fin. ff. de patris. Quod verum est siue ea potestas ad homine, siue à lege concessa sit, vt post alios aduertit Marienzo. dicta leg. 5. Gloss. 6. n. 4. Et licet Anton. Gomez. id temperet, vt procedat in administratione à lege seu ab homine concessa in bonis alienis secus verò in bonis, & patrimonio proprio, vt in marito contingit difficultatem non soluit, nam esto illa bona superlucrata sint mariti, sunt etiam vxoris, & aequè vtrique competunt pro indiuiso. Ergo esto in illis bonis concedatur administratio, non censetur tamen donandi concessa facultas. Deinde leges eam alienationem marito permittunt, in qua dolus, & fraus interuenire potest, ibi saluo se se probare que lo hico caueolosamente. Sed in donatione nulla fraus nulla cautela interuenit maxime cum adest iusta causa donandi, vt si donaret suis consanguineis, amicis vel piae causae. Praeterea si in voluntate mariti constitutum esset bona superlucrata tam sibi quam vxori attentata alienare, neque vxori concederetur repetitio facile vxores superlucratas defraudarentur.

Has extremas sententias contendit Azucedo dicta leg. regia. §. probare oppolitas non esse, cum vtraque sententia eam alienationem approbet quae non fit in fraudem vxoris, & eam reprobet quae in fraudem illius cedat. Sed inmerito id intendi cum re ipsa oppositae sint. Nam esto vtraque sententia conueniat in approbanda alienatione, quae dolosa non fuerit, & in alienatione dolosa reprobanda, attamen prima sententia fateatur nullam donationem quae causam legitimam habet, nullamque absumptionem rei familiaris turpem censeri debere fraudulentam, & dolosam, quod tamen secunda sententia negat.

Quapropter consilio medià vià procedendum esse, & affirmandum eam donationem quae legitimam causam habuerit, vt est dotalis filiam communem, et alimenta subministrare, propinquis, egenibus, amicis, famulis subuenire modica largitione non esse censendam dolosam, ac proinde nec reuocandam. Secus est de donationibus aliis excessiuis, nam esto non fuerint factae in fraudem vxoris quoad animum, & voluntatem, ac quoad effectum, & rem ipsam in eius fraudem fieri censendae sunt. Vt expresse tradit D. Molina. lib. 2. de primogen. cap. 10. n. 65. Burgos de Paz. inior. q. 9. n. 23. Marienzo. dicta Gloss. 6. n. 14. Gutierr. lib. 2. pract. q. 121. n. 4. Velasquez. de Auendano. leg. 17. Tauri Gloss. 4. Azucedo. dicta leg. 5. n. 10. Nolter Molina. tract. 2. disp. 27. §. ante finem.

Ex quo inferunt Tellez Fernand. leg. 19. Tauri. n. 7. Molina. dicto cap. 10. n. 67. Pelaez. de maioratib. 1. q. 23. n. 10. Gutierr. dicta. q. 121. n. 6. Azucedo. dicta leg. 5. tit. 9. lib. 5. compil. n. 1. 2. non posse maritum ex bonis superlucratas absque vxoris consensu maioratum infiterere, quia huius instituti abundantem bonorum summam exigit quae alienare non est permillum marito

ob praesumptam vxoris fraudem. Secundo infero non posse maritum in magna quantitate pro alio fideiuberare, si periculum adit quod principalis non erit solvendo, quia fideiussio est quasi quaedam substantiae dissipatio. Vnde habenti liberam administrationem non conceditur fideiussiois potestas leg. in personam. §. qui in pecuniam. ff. de peccatis ideoque quoad partem bonorum vxori pertinentium nulla erit fideiussio. Vt aduertit Azucedo. dicta leg. 5. n. 21. A yota. de partit. 1. p. cap. 8. n. 12. tametsi in praxi hanc sententiam credant difficulter sustineri.

Tertio infero spectato iuris rigore qualibet infumpta in ludis indebitis, comestationibus, ebrietatibus, seu luxuriis deducenda esse in partitione, ita vt iude Innocenti coniugi nullum praedictum generetur, quia haec assumptio non est bonorum administratio, sed dissipatio. Vt rectè aduertit Montaluis. leg. 1. tit. 3. lib. 3. fori. Ayora. tract. de partit. 1. p. cap. 8. n. 10. Perr. Nauarra. lib. 3. cap. 11. n. 114. Lessius. lib. 2. cap. 12. dub. 14. n. 87. Attamen ob vitandas lites consuetudine receptum est nihil horum adduci ad partitionem, cum non probetur in praesumptam vxoris fraudem expensa esse, & maxime quia plerumque non solent in magna quantitate expendi. Vt dixerunt Anton. Gom. Burgos de Paz. Gregor. Lopez. Gutierr. Baeca, Marienzo, Azucedo numer. 2. relati.

Ex his facile fundameeta oppositarum sententiarum dissolues. Nam fundamentum primae sententiae conuincit sub alienatione non solum contractum onerosum, sed lucratiuum intelligi. leg. fin. Cod. de rebus alienandis. vel non, et in authent. de non alienandis in §. alienationes collat. 2. Sed intelligi debet de contractu lucratiuo non praedictant dominio vxoris, qualis est quo modica absque causa consumuntur, & maiora legitima causa intercedente. Non autem de donatione de qua praesumi potest in fraudem vxoris factam esse. Ad fundamentum verò secundae sententiae respondeo sub potestate administrandi non contineri potestatem donandi excessiue, secus vero moderatè. Etenim administratori & procuratori administrandi liberam & generalem habentibus permittitur aliqua leuia donare. argum. leg. transactiois placitum. Cod. de transact. et leg. regia. 19. tit. 5. part. 3. & tutori & curatori ex bonis pupilli concessum est eas donationes, & remunerationes praestare quae ipsorum maiorum statum & qualitatem decet, & ab ipsis praestanda forent. leg. filiusfamilias ff. de donationib. et leg. cum plures. §. fin. ff. de administrat. tutor. à fortiori haec iuri marito concedenda. Ad secundum nego in donatione non posse fraudem saltem praesumptam interuenire, quod sufficit vt ea donatio tanquam dolosa reprobetur. Tertium conuincit, si marito qualibet donatio permitteretur, secus est cum sola leuis donatio & ex honesta, & legitima causa permitatur.

§. II.

De infumptis turpiter à milite & Clerico qualiter haec possint repetere?

- 1. Militibus armata militia concessum est repetere concubinis donata.
2. Interim dum non repetuntur haec donata, concubinae sunt.
3. Quae censentur donata ob turpem causam.
4. Sic repetita non a simulcuntur militi sed fisco.
5. Qui veniant nomine militum armatae militiae.
6. Expenditur dictum privilegium ad Clericos.

Militibus armata militia concessum est leg. 1. Cod. de din. inter virum, et vxor, vt donata suis concubinis repetere possint. Quod factum est ne ipse concubinae amore lucri ad violandam castitatem milites prouocarent. Censetur enim ea violatio valori ad pugnam requisito non leuiter praedicate. Vnde vt refert Angel. in leg. miles ita. §. mulier ff. de militari testam. concubinae à castris paulo ante pugnam expellebantur. Hoc tamen privilegium ad infumpta ob aliam causam turpem extendendum non est, vt ex leg. 3. et 8. ff. de condit. ob turpem causam notauit Lessius. lib. 2. cap. 14. dub. 8. n. 58.

Et licet Medina. Cod. de restit. q. 20. ad 6. argum. censentur sic donata non fieri concubinae, sed ante sententiam debere restitui, quia dicta lex. 2. et leg. miles ff. de restamen. translationem dominij impedire videntur, attamen verior est sententia Aduian in 4. tract. de restit. quae incipiente oritur alia questio in 1. dubio circa finem. Valquez. de restit. cap. 7. dub. 3. Lessius. lib. 2. cap. 14. dub. 8. num. 51. et leg. Molina. disp. 27. §. asserunt dum sic donata non repetuntur concubinae esse, quia leges. donationem non irritant, sed repetitionem concedunt.

Ea autem quae militibus permillum est repetere sunt donata ob turpem causam, sub quibus censet Molina loco citato non comprehendi quae in pretium ob turpem actum concessa essent, quia haec non sunt absolute donata. Sed rectius ceteri Doctores huius exceptionis non meminerunt, cum ratio legis aequè in donatis in pretium, aut sub onere turpis actus procedit nimirum ne libidine militum robur diminuat. Illud verò certum non comprehendit

Quibus donationes fieri non possunt?

§. I.

Qualiter prohibeantur ultra debitum stipendium munera iudicibus?

- 1 Plures sunt persona quibus donationes recipere prohibetur.
- 2 Iudices ob administrandam iustitiam ultra debitum stipendium nihil per modum pretii recipere possunt, sique nulla receptio.
- 3 Cum iustitia est dubia non deest qui sentias posse pretium recipi, ut huic potius quam illi faueas.
- 4 Iniqua est hac receptio.
- 5 Quibus sunt munera interdictiona.
- 6 Plures affirmant etiam iure communi inspecto esculenta & poculenta iudicibus prohiberi.
- 7 Contrarium afferunt alij & non absque probabilitate.
- 8 Iudicibus delegatis sedis Apostolica hac esculenta permititur.
- 9 Secus est de iudicibus delegatis ab inferioribus palati.
- 10 Ordinarius iudex quando procuraciones recipere valet.
- 11 Quando valet absque restitutionis obligatione esculenta gratis oblata recipere.
- 12 Quid iure regio Castella statusum sit.
- 13 Alicui placere possit non prohiberi noticia esculenta & poculenta.
- 14 Sed admittendum non est.
- 15 Munera quae iudicis animum mouere possunt corrigendum est prohiberi.
- 16 Non excusatur ex eo quod gratis sint oblata, neque ab ipso perita, neque ob alias causas.

comprehendi donata concubinae ob obsequia exhibita, aliaque bene merita, repeti posse quia haec non est donatio ob turpem causam, sed ob honestam, vt tradit Glossa. *fin. in dicta leg. 2. Gutierr. de iuram. l. p. 6. num. 11. Molina d. disp. 275. in fine.* Debent tamen in foro externo obsequia, & bene merita concubinae probari, ad cuius probationem non satis est donantis assertio. Vt colligitur ex *leg. qui testamentum. ff. de probationib. & resoluuit Palacios Rubios in repetit. Rubrica de donat. inter vir. & vxor. §. 39. num. 13. Titaeque in leg. si vnquam. Cod. de reuocandis donat. verbo donatione lagitus. n. 23. & 24. Gutierr. de iuram. l. p. cap. 6. n. 12.*

4 Sic autem repetita militi non adiuuantur, sed sicut cum turpitudine in ea alienatione commiserit. vt in *leg. mulierem. ff. de his quibus vt indignis. & in leg. Lucius. ff. de iure fisci* probant Palacios Rubios. *dicto. §. 39. num. 9.* Anton. Gomez. *leg. 53. tauri. num. 68. in fine.* Gutierr. *dicto. cap. 6. num. 4.* Tamesti Gama *decis. 58. & noster Mol. disp. 275.* cenent militibus esse adiuuanda.

5 Nomine militum armatae militiae quibus hoc priuilegium concessum est intelliguntur habentes quantitates, de quibus G. Olla in *leg. penul. ff. ex quibus causis maiores.* quique sunt in conflictu & expeditione belli. Sub his tamen comprehenduntur omnes equites, & commendatarij ordinum Sancti Ioannis, Iacobi, Alcantarae, Calatranae &c. quia vere ad prelium parati, expeditique sunt. Vt docuit Anton. Gomez. *dicta leg. 53. tauri. num. 68.* Gutierr. *cap. 6. num. 9.* qui *num. 10.* doctrinam extendit ad eos milites vulgo *hombres de armas* qui parati sunt ad pugnam quoties à Rege fuerit imminutum.

6 Dubium tamen est an militibus spiritualibus scilicet Clericos hoc priuilegium extendatur? Negat Molin. *dicta disp. 275.* eo quod illud priuilegium militibus concessum sit inuitu saecularis militiae ne examinati redderentur Sed reliqui omnes Doctores, quos plena manu refert, & sequitur Palacios Rubios in *repetit. Rub. de donat. inter vir. & vxorem. §. 39. numer. 1. & seqq.* Anton. Gomez. *leg. 53. tauri. num. 68.* Didac. Perez. in *leg. l. tit. 3. lib. 1. ordinam. col. 98.* Roland à Valle. *lib. 1. cons. 98. num. 1. & seqq.* Gutierr. *l. p. de iuram. cap. 6. num. 5. Vazq. opusc. de restit. cap. 7. dub. 3.* censent extendi debere. Quin imo Palacios Rubios. §. 38. & Anton. Gomez, & Gutierr. alij is relatis afferunt Doctorem, Licentiatum & Aduocatum dicto priuilegio gaudere.

§. III.

Quousque Religiosi donare ob turpem causam possint?

- 1 Remissum respondetur.
- 2 Qualiter satisfacere possit religiosus puella cui virginitatem abstulit?
- 3 Impotentia donandi non aduersatur, si nomine alterius donet.

1 DE donationibus, & contractibus, quos Religiosi in conuentu commemorantes, vel extra degentes, vel in episcopatu assumpti, aut à religione eiectione celebrare possunt, satis diximus, *tract. 16. de statu religioso, ibique disput. 3. punct. 19. num. 7.* reuoluimus alienationem factam in turpes vltus nullam esse, accipientemque obligari ad restitutionem, quod de religiosi qui à religione eiectione non sunt factur Molina. *tract. 2. disp. 276. in fine.* ex A. Bulen. *cap. 6. Martb. q. 37.* Quod ego etiam de eiectione exilissimo dicendum, cum nulla rationabilis causa adsit, ob quam censetur Ecclesia eam dominij translationem permittere. Maxime cum satis probabile sit non posse Praelatos Ecclesie eam alienationem ratam habere, cum ipsis vt potest dispensatoribus concessum non sit bona Ecclesie in vltus turpes, & iniquos expendere, non enim dissipatio, sed ministratio permittitur, sicuti praeter ibi citatos docet Paludan. in *4. disp. 15. quast. 3. art. 1. conclus. 4.* Palacios Rubios *Rub. de donat. inter virum, & vxorem. §. 41. Vazq. opusc. de rest. c. 7. dub. 3.*

2 Cui doctrina non aduersatur; Religiosus cui facultas concessa est disponendi de aliquibus bonis, aut elemosynis ab ipso quaesitis in pia opera si puellas cui virginitatem abstulit satisfaciat, quantum prudentis arbitrio ea laeso aestimatur, & filiis inde susceptis alimenta praebet, quia haec omnia pia opera sunt, & posito peccato quasi necessaria. Vt aduertit Vazq. *opusc. de rest. cap. 7. dub. 3.*

3 Neque item aduersatur, Religiosus concubinae tribuens ea quae à saeculari accepit modo ea accepit vt darentur concubinae, quia eo casu non ipse religiosus donat, sed saecularis medio Religioso & in eius gratiam. Secus esset si religiosus ea pecunia concederetur, vt in quocumque vltus vellet eam expenderet, nam ex ea concessione cum fuerit religioso facta, monasterio pecunia acquisita est, ac proinde religionis ex vltus licentia in turpes vltus eam expendere valet. Vt recte notauit Vazquez. *dicto. dub. 3. Mol. tract. 2. disp. 9. §. si quid fornicaria.*

Sicuti plures sunt persona vt vidimus, quibus iure politico facultas donandi interdictiona, seu restricta est, sic sunt plures quibus facultas recipiendi donationes vel sublati, vel coacta est. Nam generaliter omnibus iudicibus ac iustitiae ministris tam iure communi, quam Castellae legibus prohibita est munera recipio ob periculum violandi iustitiam, tamen illis permissum sit stipendia iusta à partibus accipere, cum illis designata non sunt.

Quod si ultra stipendia iusta siue à partibus siue à Rege oblata aliqui amplius per modum pretij accipiant ob ministrandam iustitiam nulla est receptio, obligatioque sunt dantibus reddere vt potest data absque titulo. Sicuti si pro titico aliae merce aliquid ultra pretium taxatum vellet sibi ab emptore concedi. Sicuti ex omnium sententia tradit Auendanno *de execut. mandor. c. 2. Mercado. in sum. lib. 6. c. 1. p. 6. post medium.* Ioan. Medin. *de restit. quast. 2. ar. 1. §. contingit. & q. 25.* Couarun. *reg. peccatum. 2. §. 3. n. 1. & 2.* Nauar. *cap. 17. n. 13.* Mol. *tr. 2. disp. 83. per totum.* Vazq. *opusc. de restit. cap. 7. dub. 6.*

Sed an cum iustitia est dubia, & potest iudex in fauorem vnius partis quae sibi magis placuerit sententiam ferre, accipere permittatur aliquod pretium, vt in vnius partis decernenda taenore de inflectat? Non caret difficultate. Nam Lessius. *lib. 2. de iustit. cap. 14. dub. 6. n. 64.* affirmat ipectato iure naturali licitum esse, quia eo casu non accipit iudex pretium pro iustitia ferenda, sed pro obligatione ad sequendam haec partem potius quam aliam, quam sequi non tenebatur, tamen legibus id vetitum esse.

Ego vero existimo non solum legibus iuris communis & regni Castellae, sed ipso iure naturali huius stipendij & pretij receptio nem iniquam esse & inuitam. Tum quia calus ferre est impossibile, nam si vtraque pars ius habet aequale non potest iudex vll integram rem adiuicare, sed necessario eam diuidere tenetur, vt sic vtrique iuri satisfaciatur. Sed calus gratis admissio, probatur manifeste non posse ultra stipendium sibi taxatum pro iustitia ferenda aliquod amplius accipere, vt hanc partem potius quam aliam sequatur quia hanc partem sequitur exercendo, & ministrando iustitiam, at pro iustitia ministratio iam habet taxatum stipendium, et ipso inueste aliud accipit. Sicuti tradit Mol. *tr. 2. disp. 83. in fine. disp. 85. & apertius tradit Couar. reg. peccatum. 2. §. 3. n. 1.* vbi inquit huius dati non concedi danti repetitionem. Secus vero si solum daretur vt negotium omni cura ac diligentia expenderetur absque huius, vel illius partis determinatione.

Seculo autem stipendio omnibus iudicibus siue ordinariis siue delegatis, aliique iustitiae ministris, scribis, notariis, procuratoribus, aduocatis prohibita est munera receptio. Er quidem iure communi iudicibus tantum reperitur ea munera receptio prohibita in *leg. plebiscito. ff. de officio praesidis, & leg. solena §. vlt. ff. de officio proconsul. & legati, & §. penult. in autem. vt iudices siue quoque suffragio fiant, & §. oportet in autem. de mand. dat. princip. Quinimo neque ea prohibito videtur commoda cum in *dicta leg. plebiscito*, expresse exceptum sit ecclesiarum.*